

nomen domini Hiesu. & cetera. Inuenimus eos quos
Hesdras actores memorat templi, eos nunc esse exor-
cistas in ecclesia dei. fuerunt enim sub Hesdra actores
templi. seruorum Salomonis filij, qui actum templi totius
sub cura sua haberent, non tam sacerdotalibus officijs
ministrarent, aut sacris oblationibus deseruerint. Nulla
ergo aliam curam habebant actores templi, nisi ad sarta
recta reficienda. ut quemque fuissent ueterata in edificatio-
ne templi aut delapsa, per eosdem actores de thesauris
dominicis resicerent atque excolerent. Ergo exactores
templi, exorcistae sunt in populo dei. Quomodo enim
actor prudens & bonus, scit quid sit domini sui census.
& omnis substantia modus, et redigit apud se totius
possessionis instrumenta originalia, sic exorcista redigit
in sua diligenteria totius regni domini secreta. ut memorię
mandet de scripturarum sacramentis, unde exerceat
scilicet donum, quod illi est a spiritu sancto concessum
secundum apostoli preconium. Exorcistas enim memo-
rat apostolus cum dicit. Nunquid omnes donationes
habent sanationum? His enim cum ordinatur accipiunt
de manu Episcopi, libellum in quo scripti sunt exorcis-
mi, dicente eis Episcopo. Accipite et commendate me
memorię, & habete potestatem imponendi manus super
energuminosos siue cathecuminosos, ut imperatis immu-
dis spiritibus, & abiiciatis.

DE LECTORIBVS.

Ca. XI.

Ectores a legendo. Psalmiste a psalmis canendis

I uocati. Illi predicant populis quid sequantur.
Isti canunt ut excitent ad compunctiones animos
audientium. Licet et quidam lectores ita miseranter
pronuncient, ut quosdam ad luctum lamentationemque
compellant. Idem etiam & pronunciatores uocantur.
quod porro adnunciant, tanta enim & tam clara eorum

c. iii

erit uox. ut quātūus longe positorū aures adimpleāt.
Lectorum ordo formā & initium a prophetis sumpsit.
Sunt ergo lectores qui uerbum dei prēdicant. quibus
dicitur. Clama ne cesses. quasi tuba exalta uocē tuā.
Isti quippe dum ordinantur. primum de eorum con-
uersatione Episcopus uerbum facit ad populu. deinde
coram plebe tradit eis codicem apicum diuinorū. ad
dei uerbum adnūciandum. Ille ergo doctrina et librī
debet esse imbutus. sensumq; ac uerborum scientia
perornatus. ut distincē & aperte sonans. audientium
corda possit instruere. Psalmistarum idest cantatorum
principes siue authores. fuere Dauid siue Asaph. Isti
enī post Moysen. psalmos primi composuere & can-
tavere. Mortuo Asaph. filij eius in hunc ordinem sub-
rogati sunt a Dauid. erantq; psalmistæ per successionē
generis. sicut & ordo sacerdotalis. ipsiq; soli continuis
diebus in templo caneabant. candidis induiti stolis. ad
uocem unius respondente choro. Ex hoc ueteri more
ecclesia sumpsit exemplū nutriendi psalmistas. quoru
cantibus ad affectum dei mētes audientium exciten.
Psalmistam autem & uoce et arte prēclarum inlustrēq;
esse oportet. ita ut ad delectamentum dulcedinis ani-
mos incitet auditorum. Solent autem ad hoc officium
etiam absq; sciētia Episcopi. sola iussione eligi. quicūq;
in cantandi arte probabiles huiusmodi constiterint.

DE HOSTIARIIS.

Ca. XII.

Ostiarj sunt qui & Aeditui et ianitores in lege
h dicebantur. H̄i apud Hebreos in ueteri testa-
mento electi sunt ad custodiā templi. quiq;
ordinati per uices suas. omnia interiora templi uel ex-
tera custodiebant. ut non ingrederetur in eū immundus
in omni re. Dicti autem hostiarj quod pr̄esint hostijs
templi. ipsi enī tenentes clauem. omnia intus ex ultraq;